Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Hec dicit dnus deus ad Joachim filium Josie regis Juda No
plangent eum ve fr et ve soror No concipabunt ei ve dne et de
mcbunt sepulcra asini sepelient putrefactus et projectus ex por
tas jerusalem Ascende libanum et clama et in basan da vocem tuam
et clama ad transeuntes quoniam contriti sunt omnes amatores tui Locutus sum
ad te in habundancia tua et dixisti No audiam hec est via tua ab
adolescencia tua quia non audisti vocem meam Omnes pastores tuos
pascet ventus et amatores tui in captiuitatem ibunt et tunc confundetis
et erubescetis ab omni malicia tua quia sedes in libano et nidificas in cedris
Quomodo congemuisti cum venerint tibi dolores parturientis Vivo
ego dicit dnus quia si fuerit jechonias filius joachim regis Juda
anulus in dextera manu mea inde euellam eum et dabo te in manu
querentium animam tuam et in manu quorum tu formidas faciem et in ma
nu Nabuchodonosor regis babilonis et in manu chaldeorum et
mittam te et matrem tuam que genuit te in terram alienam in qua nati non estis
ibique morientur Et in terram ad quam ipsi leuant animam suam ut redeant
illuc non reuertentur Numquid vas fictile aut cetum vir ille jechonias
Quare abiecti sunt ipse et semen eius et projecti in terram quam ignorauerunt
Terra terra audi sermonem dni hec dicit dnus Scribe virum istum
sterilem virum qui in diebus suis non prosperabitur Non enim erit de
semine eius vir qui sedeat super solium dauid et potens ut imperet ultra in Juda

XXIIII

Ve pastoribus qui dispergunt et dilacerant
gregem pascue mee dicit dnus Idcirco hec dicit dnus deus
israhel ad pastores qui pascunt populum meum Vos dispersistis
gregem meum eiecistis eos et non visitastis eos Ecce ego visitabo
super vos malicias studiorum vestrorum ait dnus et ego congregabo reli
quias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecerim eos illuc et
conuertam eos ad ouum suum et crescent et multiplicabuntur et suscita
bo super eos pastores et pascent eos Non formidabunt ultra neque pa
uebunt et nullus querit ex numero dicit dnus Ecce dies venient ait
dnus et suscitabo dauid germen iusti et regnabit rex et sapiens
erit et faciet iudicium et iustitiam in terra In diebus illis saluabitur
Juda et israhel habitabit confidenter et hoc est nomen quod vocabunt eum dnus iustus nostrum Propter hoc ecce dies venient dicit dnus.